Primo fuit hec reſponſio gratiſſima deo qui ad ſuum vterum deſcendere ſtatim digantus ē ⁊ quem celi et terra capere non poterant verbis iſtis Maria clauſit in ſuo ventere. O incogitabilis virtus Marie virginis. O ineffabilis clemētia creatoris. O incōp̄henſibilis altitudo miſterioꝝ dei. Una mulier hebrea fecit inuaſionem in domo regis eterni. Una puella et ſic diuinam ſapiētiam circunuenit. propterea de ea conqueritur deus. dicens Canti. iiij. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa mea vulneraſti cor meum ī vno crine Colli tui et in vno oculorum tuorum. Ubi gloſa pro amore tuo carnem aſſumpſi et vulneribus primis in cruce vulneraſti cor meum. Nā primogenita filij ſui fuit pluſq̄ꝫ pro ea redimenda in mundum venit q̄ꝫ pro omni alia creatura ex virginis ergo carne deꝰ flens dico ſūmam altitudinem. veſtiuit humilitatem ſūmam delitiam veſtiuit penalitatem ſummam opulentiam. defluit pauꝑtatem ſūmam lucem veſtiuit tenebras. ſūmam honorem veſtiuit obprobrijs. ſummum amabile veſtiuit flagellis. quid plur̄. hodie virgo ſacratiſſima dicit cōgratulamini mihi omnes q̄ diligitis me quia cum eſſem ꝑuula placui altiſſimo. placuit certa quia dixit ecce ancilla domini. Non dixit ecce regina. ecce mater. ſed ecce ancilla. O humiliſſīa virginis oblatio. qua ſe ī ancillā dei totū obſequioſā reddebat

Secundo fuit hec reſponſio gratiſſima angelis qui virginem conceſſum
erſpectabant .quiſnam erplicet quanto gaudio ſint repleti cum iam virgi
nem audiebat dicentem ecce ancilla domini.letabant̃ quidē iocundabāt̃
et eraltabāt. Tertio fuit hec reſponſio gratiſſima hoibus quibꝰ ꝑ Ma/
riam ſalus mittebat̃ a dño O Adam. O Eua patres generis humani. O
Abrahā. O Yſaac. O Jacob. O Yſaia. O Jeremia. O ſancti patriarche ⁊
ꝓphete. Dicite mihi queſo dicite cū virgo locuta ē v̄ba ſalutis noſtre
ſenſiſtis ne aliquid audiuiſtis puto enim ꝙ angeli ad vos deſcendentes
voce amena dixerunt. Gaudete patres ſancti q꞉ hodie puella vna illa ꝙ̄
prophetaſtis et ī figuris ꝓnūciaſtis a dño requiſita reſpōſum ꝑbuit ecce
ancilla domini et iā incarnatū eſt in ea verbū diuinū.puto etiam clarita/
tis inſolite radium eiꝰ apparuiſſe nūc ſe trahēdo nūc ſe reddēdo O qual̃
fuit et ꝙ̄ magna iubilatio tūc illoꝝ qui ſedebāt ī tenebris. Quīta cōſide/
ratio dr̃ verbi diuini incarnacō.ſm enim Jo. dama.poſt virgineum cōſē/
ſum facta ſunt tria ſimul et ſemel.primū corpis xp̄i organizatio. Secūdū
anime creatio. Tertiū corꝑis et anime cū diuinitate vnitio. Aſſūpſit eni
verbū totū hominē et nō prius corpus ꝙ̄ aiam.ſed ſimul vt docet magi/
ſter in.iij.di.iij.ex qua vnione deus homo factus eſt in vtero virgis. et
virgo facta eſt mat̃ dei. Quod dicere ſtupeo certe nec valeo exprimere
rem tā grandē.quid factū eſt in te o virgo glorioſa cū ſenſiſti tuū vterum
tali filio decoratū. O quāta fuit tūc oīm tuoꝝ ſēſuū interioꝝ et exterioꝝ
mutatio. Illum certe habebas qui in celis cū patre regnabat. Illū tene/
bas qui ſimul cū patre ſpiritū ſanctū inſpirabat. Secū iam ſumus ⁊ am/
plius nō deſperabimus. Juua nos virgo piiſſima.et ad tuū filium ꝓ no/
bis porrige preces vt nobis gratiā ſuam largiri dignet̃ qua valeamꝰ ſua
cognoſcere benefitia et ſibi poſſumꝰ ac filio in hac die gratias cōdignas r̄/
ferre qui humilem ſe tibi dedit qui eſt bendictus ī ſecula ſeculoꝝ. Amē.

Sermo de p̄deſtinato numero dānatoꝝ.

MUlti ſunt vocati pauci vero electi. Math.xx.c. Verba que re/
uerentiis veſtris ſūt ꝓpoſita dilectiſſimi in xp̄o Jeſu.ſunt ipſius
dñi Jeſu que ſi omnes vani attēte penſarent ac ſubtiliter diſcur
rerent timendi deū cām haberent.quid eni pōt tanta efficatia timorē in/
cutere ꝙ̄ p̄fata verba ore veritatis ineffabilis prolata conſiderare. Quis
enim nō paueret.quis non obſtupeſceret qui videret ſuū regem populos
ſibi ſubiectos omnes ſine defectu corā ſe aduocantē et ex tanta multitudi
ne paucos ad gloriam eligentes. Reliquos aūt in cōfuſione ignominia ⁊
tormento relinquentē. O quantus timor O quantus fletus. O quantus
gemitus tales cōprehenderent. Sed que inſania hominū patet nūc con/
trarium. Nam ſi ſigillatim omnes interrogarent̃ infideles an ſint electi

ad ſalutem quaſi omnes dicerēt ſumus.ſimilit̄ etiā iudei idē dicerēt.veꝝ quidem qđ xp̄ianis loquar quoꝝ fides eſt meritiſſima nōne iō et ipſi in oibus malis viuentes tn̄ credūt ſe miſericordiā dei cōſequturos. Interroga q̄ſo in omni ſexu et in omni etate cōdicione gradu ac dignitate.nemiez fere inuenies etiā ſi in malo pſeuerēt qui ſe nō putet electū ⁊ hoc euenit ꝙ parti ignorāt lumen veritatis ptim quia ꝓpij amoris fallacia decipiūt̄ parti demonis ꝙ diabolica ſuggeſtione fallunt̄ . Nā plerūqꝫ etiam fatui ſe ſapientes exiſtimant.et quia claros nō habēt oculos vmbrā interiorem ꝓ veritate recipiūt et ſepe ſōniantes putāt ſe vigilare et vera eſſe q̄ ſom/niant. Sic multis vocatis a deo euenit qui nūc credūt ſe ſaluari et dam/nabunt̄.quia dicit ſaluator multi ſūt vocati pauci vero electi.nōne vides in omnibꝫ rebꝫ exemplū quia illud qđ ē deteriꝰ plus habūdat et in fine ſermonis dicet̄.ſꝫ nunc cape exemplum in piſcatoribꝫ quia vt plurimum plus imunditie et piſcium in vtilium in rete capiunt q̄ꝫ ſint boni piſces hoc confirmat diuina auctoritas Math.xiiij.ſimile eſt regnū celoꝝ. Sagene miſſe in mari vſqꝫ in caminū ignis. Ecce qđ beati ponunt̄ in vaſis quaſi in modico loco morantes ꝓpter paucitatē.ſed mali ꝓiciunt̄ in litꝰ maris ꝓpter multitudinem. O peccator conuertere et conſidera quid ſig/nificet multi ſunt vocati ⁊c.ſed licet nequeat mentiri tamen quia eius ſa/cratiſſima dicta ab ignorantibꝫ male intellecta ſepenumero aberrare de/cipiunt̄ ideo ꝓ luculentiori thematis noſtri declaratione tria in hoc ſer/mone notabimus.

| | |
|---|---|
| Primū đr oppoſitio | Cape primū qđ ē oppoſitio quidā eni videt̄ op/ |
| Scđm đr declaratio | ponere ꝙ nō pauci ſed multi ſūt electi et hoc tri/ |
| Tertiū đr cōfirmatio. | plici opinione probare videt̄. |
| Prima đr inclinacōnis | Prima opinio dicitur inclinacionis et eſt talis |
| Scđa đr reuelacionis | omnia que ſūt inclinantur ad agendū ſecundū |
| Tertia đr p̄deſtinacōis | bonitatem ſue nature loquendo naturalit̄ vt |

patet increaturis inſenſibilibus et ſenſibilibus q̄ magis q̄ꝫ nos ſequntur nature ſue inclinationem. Vn̄ phs.iiij.ethi.ait vnuſquiſqꝫ dirigit opera ſua ſecundum optimum eoꝝ que ſunt in ipſo.et Boe.in.iiij.de conſola. proſa.iiij.inquit.agit eni cuiuſqꝫ natura qđ proprium eſt ei diffinite.ergo et deus cuius eſſe eſt perfectiſſimum inclinatur a bonitate ſue nature vt agat ſecundum eam Nam ſi alia agunt hoc a forciori deus. hoc patet ſcđo metha.vbi dicitur qđ eſt cauſa alioꝝ vt ſit talia illud maxime eſt tale ex/emplū ignis qui cum ſit cauſa calefaciendi aquā vel alia agūt ſecundū in/clinationē ſue nature ipē dꝫ agere ſcḋm ſuā imo magis quia teſte ꝓculo q̄ đr de cauſis auctor.quicq̇d pōt cauſa ſcđa pōt cauſa p̄ma nobiliori ⁊ altio/ri mō ad hoc commētator.ij.metha.ait p̄ma cā eſt magis digna in eſſe et virtute q̄ꝫ omnia alia entia.quia oia alia entia acquirūt eē et v̄tutē a p̄ma

Sed que eſt inclinacō nature dei. Miſericordia. hinc dr in pſal. Apud dominum miſericordia et copioſa apud eū redemptio et. xxvi. q. iij. et allegat de pe. di. i. Miſericordie dn̄i nec menſuras ponere poſſumꝰ nec tp̄e diffinire. Ecce ꝙ inclinat ad miſerendū ſecundū naturā ergo debet pluribus miſereri et cōſequēter plures eligere ꝙ̄ dānare. Vez rn̄dere quis poterit. ꝙ etiam homo inclinat ad miam teſtante Jaco. i. c. ſue ca. vbi ait ſuperexaltat aūt mia iuditiū. et de pe. di. i. c. quia deitatis. et ſunt verba. Hiero. vbi dr deitatis natura clemens eſt et pia magis ad indulgentiā ꝙ̄ ad vindictam ꝓna. qꝛ nullatenꝰ vult mortem peccatoris ſꝫ vt magis conuertatur et viuat. Secunda opinio dr reuelacōis arguendo nāqꝫ ꝓ talibus dico ꝙ plures ſaluent. qꝛ in diuinis ſcripturis inuenit ꝙ plures ſaluant nā omnes electi ſignificant in promiſſionibꝫ factis ad Abraham a deo ſicut ſancta mater eccleſia canit ſignifer ſanctꝰ Mihael repſentet eas in lucem ſanctā quā olim Abrahe ꝓmiſiſti et ſemini eiꝰ. ſed ſemē electorū eſt ampliſſimū. Nā Gen. xij. dixit deꝰ Abrahe. Egredere de terra tua et de domo patris tui et intulit di. faciā recreſcere in gentē magnā. Itē xiij. c. Itez di. faciam ſemen tuū ſicut puluerem terre quē et ſi homo poteſt numerare ſemē ꝙ̄ tuū numerāe poterit. et. xv. c. antequā Abrahā filiū haberꝫ. eduxēs eū foras dixit. ſuſpice celū et numera ſtellas ſi potes et dixit ei ſic erit ſemē tuū. Ecce qd ſūt electi ſignificati i ſemie Abrahe. Hic Job. xv. di. nūquid numerꝰ militum eius quaſi non. et Dauid inducit exemplum patri di. dinumerabo eos et ſup arenā multiplicabunt. ſimiliter Jo. apoc. vij. hoc teſtatur di. Audiui numerum ſignatorum. c. millia. xliiij. millia ſignati ex omni tribu filiorū Iſrl. ex tribu Juda. xij. millia ſignati vſqꝫ ibi ſtantes ante tronum dei. Ecce quanta electoꝝ multitudo ꝓpterea doctores ſancti in ſuis opinōibꝫ licet ſint varie tamen oſtendunt multos ſeruandos. Magiſter nāqꝫ ſniaꝝ in. ij. i. di. dicit. hoiem eſſe factā inter alias cauſas. pro reſtauracione nature angelice. Unde et in di. ix. allegat Gregorium di. Supna illa ciuitas ex angelis et hominibꝫ conſtat ad quam tanti humani generis aſcendere quantos illic contingit angelos remanſiſſet ſicut ſcriptum eſt cōſtituiſti terminos populoꝝ. Iuxta numerum filioꝝ ſiue angeloꝝ. et hoc exponit ipſe Magiſter dicēs nō iuxta numeꝝ eoꝝ qui ceciderūt ſed eoꝝ qui remanſerūt. Et iuxta iſtam opiniōez cū ſint angeli pene innumerabiles ſequit ꝙ tot erūt hoies qui ſaluabūt Nā de angelis di. Jo. i Apoc. Millia milliū miniſtrabāt ei et decies cētena milliū aſſiſtebant ei. Item di. ix. magiſter ponit aliā opinionē que ē Aug. xxij. li. de ci. dei di. De mortali ꝓgenie iuxtaqꝫ dānata tantū populum ſua gratia collegit vt tantū ſtirpe reſtauret parteqꝫ lapſa angelorum ac ſi illa dilecta ac ſuperna ciuitas nō fraudet ſuoꝝ numero ciuium qn̄ ē fortaſſis et habundantia letet Item ibidem ponit aliam opinionem di.

ꝙ ſalus ruine angelice per virgines reſtaurabitur. de ceteris autem ho/
minibus ſunt tot ſaluandi quot ſunt angeli qui remanſerunt &c. Eſt alia
opinio domini Boñ. in ſecundo di. viiij. que videtur omnibus verior. ait
enim ꝙ cum ſint. viiij. angelorum ordines debent ad ipſos homines aſſu/
mi pro meritorum conditione et ideo non tantum aſſumuntur ad ipſos
virgines cum etiam multi corrupti carne in merito multis virginibꝫ pre
feruntur ſicut patet in beata maria Megdalena et Petro apoſtolo qui
multis virginibus vtriuſqꝫ ſexus preferuntur propterea dicitur ꝙ multi
dum fuerunt in hac vita non fuerunt tanti meriti vt poſſent aſſumi ad ā
gelorum ordines qui tñ ſaluati ſūt merito paſſionis criſti et de ipſis fiet
decimus ordo ſicut omnibus fuit ſignificatum tempore eze. Regis iude
quando a deo impetrauit ne moreretur tunc ſol in ſignum exauditionis
decem gradibus deſcendēs retro gradiens in horologio adiam ſicut patet
.iiij. Re. xx. c. ſic criſtus ſol iuſtitie nouem relictis angelorum ordinibus ad de/
cimum generis humani deſcendit. ꝙ in decima dragma deſignatur de qua
Luce. xv. dicitur ꝙ̄ mulier. ſi deitas ſiue diuina natura admiſſa requiſiuit
domum. i. humanam naturam paſſione ſubuertens. Ecce iſtis opinionibꝫ
adhuc preſuppoſitis ſaluandi numera eos ſi potes. ergo non pauci vocati
ſiue electi. ergo multi quomodo ergo intelligēda eſt veritas multi ſūt &c
Tertia opinio dicitur predeſtinationis et arguitur ſic aut deus predeſti/
nauit omnes aut partem. Si omnes. ergo omnes ſaluabuntur quia pre/
deſtinatio eſt fundamentum et origo habēs ſalutem. vt colligitur di. v. c.
iiij. primi ſententiarum et. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor preterea argui/
tur. Deus eſt immutabilis ſi ergo omnes predeſtinauit omnes ſaluabit
quia eius voluntas non poteſt mutari iuxta illud quod dicitur de regu/
lis iuris libro ſexto quod ſemel placuit ãpliꝰ diſplicere nō pōt. Si autē
dicis ꝙ non omnes predeſtinauit ſed partem et ego quia non omnes. et
probatur ꝙ non ſit verum. primo ſi ſic eſſe videtur ꝙ deus eſſet perſona/
rum acceptor et hoc negat ſcriptura. vnde actuum petrus ait in veritate
comperi quoniam deus non eſt perſonarum acceptor. Item. xxxij. q. iiij.
c. ſicut et de conſe. c. nequaq̄. et extra de prebendis. c. venerabilis libro ſex
to dicitur. Nam generis virtutum nobilitas viteqꝫ honeſtas gratum de/
o faciunt et idoneum ſeruitorem ad cuius regimen nonnullos nobiles et
ignobiles pauperes etiam potentes amiſit eo ꝙ non eſt apud deum per/
ſonarum acceptō etiam ſcribitur Jo. ſecundo capitulo nō eſt perſonarum
acceptio apud deum. et ſap. vj. equaliter ei eſt cura de omnibus. et math.
octauo ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos et malos. Secundo probatur
quia omnes ad penitentiam vocat ſicut dicit apo. i. thi. primō ꝙ deus
vult omnes homines ſaluos fieri. vult ergo omnes et non partem. vnde
idem Apoſtolꝰ ad. roma. octauo ait. ſcimus quantum diligentibus deum

omnia cooperant᷑ in bonū his qui ſecundū ꝓpoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos preſciuit et predeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui vt ipſe primogenitus in multis fratribus quos autē pdeſtinauit hos et vo/cauit.et quos vocauit hos et iuſtificauit.et quos iuſtificauit eos et mag/nificauit.quid ergo dicem⁹ ad hec ſi deus pro nobis quis contra nos qui etiā proprio filio nō pepercit ſed ꝓ nobis omnib⁹ tradidit illū qūo etiā cum illo omnia nobis donauit.

SEcundū miſteriū dicit᷑ declaratio. Ne ergo in errore mens parū intelligentium permaneat ex prefatis videbimus tres concluſiones contra primas tres opiniones. quarum.

Prima contra in inclinacōnem.
Secunda contra reuelacōe3.
Tertia cōtra pdeſtinationē.

Prima contra inclinacōne3 dicebat᷑ ꝙ deus debebat plures ſaluare ꝙ dāna/re quia eius natura magis inclinata ē ad miſerendum ꝙ puniendū. R ꝙ verum eſt quantū ad effectū nō quantū ad naturam quia nō eſt differēs in natura ſed tamen nō ſequit᷑ ꝙ omnes vel plures ſaluentur.quia regula intelligit᷑ ſtantib⁹ terminis ipſius nature. Verū nāq; eſt ꝙ deus ſaluaret omnes ſiue multos ſi ipſi ſe diſ/ponerent ſed quia non ſe diſponunt ideo natura nō ſaluant᷑ patet hoc exemplo multiplici. Nam cibus naturaliter habet prebere nutrimentū ſed tamē non prebet in illo qui nō habet digeſtionē.lumen habet illuminarē ſed tamen nō illuminat cecorum oculos.medicina habet ſanitatē diſpone/re nō tamē curat morituꝝ.et hoc nō ex culpa actiuoꝝ ſed ex defectu paſſionum quia nō ſunt diſpoſiti.vñ hoc idē confirmat phs ſecundo de anima di.actus actiuoꝝ ſunt i patiente bene diſpoſito. Sic dico ꝙ dei natura licet de ſe ſit inclinata omnib⁹ miſereri tamē nō omnib⁹ miſeret᷑ quia nō ſunt diſpoſiti ad ſuſceptionē ipſius.hinc auctō de cauſis ait.prima cauſa ē ſuperior et ſemper eſt ſine varietate ſed cauſe ſcđe non recipiunt virtutē prime niſi ſcđm attingentiam.ergo nō valet argumentū ergo.ꝛc. Secūda declaratio eſt cōtra reuelacōnem. nam dicebatur ꝙ plures ex reuelatiōe demonſtrant᷑ ſaluari ꝙ dānari. R ꝙ de electis eſt loqui dupliciter.ſ.abſolute et reſpectiue.ſiue comparatiue.primo mō electoꝝ eſt maxima multitudo.nōne tibi vident᷑ multi tot ꝓphete tot martires tot confeſſores tot virgines tot continētes et caſti et ſic habent intelligi iſte auctoritates doctorumq; opiniones. Secūdo modo in cōparacione ſiue cōparatiue loquēdo dico.ꝙelecti ſunt pauciſſimi. Si boni malis cōparant᷑ pauciſſimi iue/niuntur. Nam ſi quis ex magno monte harene vel ex littore maris ſūe/ret pugillum harene.harena illa grandis diceret᷑ abſolute quia grana il/la contenta eſſent infinita ſed cōparando ad illa que ſunt in monte ſiue i littore maris dicent᷑ pauca. Si eſt de electis nam multi ſunt abſolute ſ; in comparatione damnatoꝝ pauci. Et ideo deus abſolute loquēdo dicit

ad Abraham ꝙ ſemen ſuum multiplicaret ſicut puluerem et ſicut ſtellas
celi.et in comparatione loquendo fuit dictum Deutrono.ij.lv. Ecce om
nes electi in manu dei ſunt.tam pauci ſunt vt poſſint ſtare.hinc ſapiē.iij.
dicitur Juſtorum anime in manu dei ſunt.et ſic patet ſecūda ſolutio.
Tertia declaratio ē ꝯtra predeſtinationē vbi dicebatur ꝙ aut deus ōnes
eligit aut predeſtinauit aut partē.et ſi oēs ergo oēs erāt ſaluādi.⁊ ſi partē
hoc erat falſum tum quia nō ē perſonarum acceptor.tum etiam quia vult
omnes homines ſaluos fieri .℟ dicendū ꝙ non omnes predeſtinauit Nā
predeſtinatio eſt tantū bonoꝝ vñ magiſter ĩ prio di. xl.ait predeſtinacō ē
quedā cōꝑatio qua elegit quos voluit añ mūdi conſtitucōꝫ. Sed dicis er
go eſt ꝑſonaꝝ acceptor ſimilit̃ etiam ſequit̃ ꝙ nō omnes vocant vt dicit
Apo. Dico ꝙ nō ſequit̃. Nam ipſe ex hoc nō acceptat ꝑſonas ſed meri/
ta ⁊ damnat demerita.et ideo nō oēs ꝑdeſtinauit.quia ꝑuidit quoſdā in
peccato duraturos illos tantū ꝑdeſtinauit quos beatificandos cognouit
vñ.xxiij.q.iiij.c. Nabuchodonoſor. Aug⁹ ait.vires obediētie nō iō cuiuſ
qꝫ ſubtrahūt̃ quia eū nō ꝑdeſtinauit.ſed iō eū nō ꝑdeſtinauit.quia receſ
ſuꝝ ab ipſa obedientia ꝑuidit.et idē dicit̃ quia ꝑſciti ſūt caſuri nō ſūt ꝑ/
deſtinati ſi eſſēt reuerſuri. Ecce ergo ꝙ de⁹ nō cōſiderat ĩ ꝑdeſtinatione
ꝑſona ſed merita.qꝺ autē dicebat̃ ſcđm Apo.ꝙ deus vult oēs hoīes ſal
uos fieri ꝛc. Reſpōdeo ſcđm doctores et maxie ſcđm Jo.Damaſ.⁊ Alex.
de ales ꝙ in deo dicitur eſſe duplex voluntas. non reſpectu volentis ſed
reſpectu voliti. Una dicitur antecedens.altera conſequens ſiue conditio
nata voluntas antecedens eſt in qua vult deus omnibus miſereri et vult
omnes ſaluari.vocat enim nos cum illa ad penitentiam.omnes .ſ. iudeos
paganos ſaracenos et quoſcunque peccatores clamat in vita eterna.ſed il/
la non ſequitur effectum ſuum propter rebellionem liberi arbitrij no/
ſtri. Clamat deus volente ſaluari anima mea et liberum arbitrium re/
ſpondit. nolo exemplum de Rege qui precium ſoluit pro liberatione
ſuorum ciuium et parat naues vt in patriam eos reducat a captiuitate
et omnes a vinculis liberare ac ſoluere. ſed quidam contempnunt. Ecce
quod ſaraceni Judei et ceteri obſtinati peccatores nolunt exire de car/
cere infidelitatis et male voluntatis .ſed tamen deus precium pro omni/
bus ſoluit redempturis et omnibus vult miſereri. Unde Apoſto.
teſte.quinto factus ē omnibus obtemperantibus cauſa ſalutis et abſolu/
te voluntatis. Idem Apoſtolus prima thi. primo ait hoc bonum et ac/
ceptum coram ſaluatore noſtro ideo qui vult omnes ſaluos fieri ad ag
nitionem veritatis peruenire qui dedit ſemetipſum pro omnibus.
Alia voluntas dicitur conſequens et ſecundum iſtam voluntatem non
vult omnes homines ſaluari quia contradicit diuine iuſtitie quia vult
omnes ſaluare qui gradiunt̃ per ſemitam mandatoꝝ ſuoꝝ ⁊ dāpnare eos

qui ambulant per vias non bonas niſi retrahant pedē.exemplum de Re
ge qui ſuos ciues diligit et omnibꝫ ſalutem optat et quāꝙ velit omnes
ſaluos eſſe tamē vult quoſdā qui nephanda cōmiſerunt ſuplicijs tradere
ſic eſt de deo. Sed dicet aliquis.nolo aliquid boni agere quia ſi ſum pre
deſtinatus ſaluabor omnino. Tace ſtulte quia deus te p̄deſtinauit ꝙ tan
tum vult te laborare vt ſalueris. Uñ magiſter i primo.di.xlvi.ait.p̄deſti
natio eſt ſalus et iductione meritoꝝ.et.xxiij.q.iiij. c. obtine dicitur Ipſa
quoqꝫ perēnis Regis p̄deſtinatio.ita ab omnipotenti deo poſita eſt vt ad
hanc electi non niſi labore p̄ueniant quatenus laborando mereant᷑ accipe
re qḋ eis omnipotens deus ab eterno diſpoſuit dare. Item ſicut ſpecula/
tor oſtendet viam bonam tranſeuntibꝫ et ne mala via que eſt a ſiniſtris
teneat non eſt cauſa vt in ea occidantur a latronibꝫ.ſic deus per p̄deſtina
tionem eſt cauſa damnacionis alicuius . Nam ſtultus eſſet ille qui velit
dicere. Si debeo mori moriar.et ſi viuere viuam. Unde Augꝰ.xxiij.q.
iiij.c. Nabuchodonoſor ait. Uaſis ire nūꝙ deꝰ redderet iteritū niſi ſpō
taneum inueniretur homo habere peccatum quia nec deꝰ peccati homini
iuſte inferet iram ſi homo p̄deſtinacōe dei cecidiſſet in culpā et idē infra
in.c.non grauius ait.nō ergo neceſſitas facit correctionis vel obduracōnis
diuina p̄deſtinatio ſiue penitentia cum boni per gratiam corrigant᷑ libe/
ro arbitrio mali pereunt ⁊c̄.hoc ſatis patet ꝙ non ſequit᷑ ꝙ deus debeat
multos vel omnes ꝑpt᷑ p̄deſtinacōnē ſaluare.ſ; bñ viuēdo ⁊ operando.

Tertiū miſterium dicitur confirmatio. Annuntio vobis mala noua
quia verificatur ſermo Jeſu xpi qui dicit multi ſunt vocati ⁊c̄. ꝙ
vt certius confirmetur.tertia confirmacione demonſtrabitur.

Prima dicitur exemplificacionis.
Secunda dicitur teſtificacionis.
Tertia dicitur malignationis .

Prima cōfirmatio dicitur exemplificacionis.Nam ſi inueniūt᷑ omnia exē
pla tam naturalia ꝙ diuinalia et moralia inueniremꝰ ꝙ plures reſpōdēt
ad penam ꝙ ad gloriam.primo eni cōſideremꝰ naturalia exempla. Vide
mꝰ eni ꝙ in his que naturaliter fiunt plus malitie habundet ꝙ bonita/
tis. Unde facilius eſt deſtruere ꝙ edificare p̄dere ꝙ inuenire occidere
ꝙ reſuſcitare. Nam vno anno conficit᷑ panis et vno momento quaſi de/
uorat᷑.multis annis homo perficit᷑ ⁊ modica hora perdit᷑ et occidit᷑.qua/
re hoc ꝙ natura eoꝝ facilius ducit᷑ ad malum . Item videmꝰ ꝙ plus eſt
terra inculta ꝙ culta.plus aque maris ꝙ dulces.plus ſunt imunditie que
ex frumento vino et oleo exeunt ꝙ ipſi fructus.plus lapides edifitiorum
ꝙ p̄cioſi ſic reprobi ꝙ electi. Item cernimꝰ ꝙ in his rebus que vſui na/
ture ſunt difficilia ad habendū pauca p̄ueniūt vt in ſcientia dignitatibꝫ
et huiuſmodi .et hoc quare quia p̄tioſa difficillime poſſident᷑. ſic ergo et

gloria celeſtis a paucis eripitur quia glorioſiſſima eſt. Unde ait phs ma
lum eſt facile. difficile eſt bonum. Secundo conſideremus diuina exem/
pla. que fiunt in figura ſaluandorum paucitatis. Lege Gen. vij. c. Inue/
nies ꝙ tempore diluuij pauci. i. octo anime vtriuſqꝫ ſexus hominis ſalua/
te ſunt in Archa Noe. Inſup Gen. xix. ſimiliter inuenies ꝙ ex Gomorra
et Sodoma ſolus Loth cum vxore ſua que reſpexit in ſtatuam ſalis mox
conuerſa fuit. Item ſi bene legis inuenies ꝙ ex mille exceptis paruulis
et mulieribus et nemo eorum. xx. annis niſi Caleph et Ioſue intrauerūt
terram promiſſionis. O peccator conuertere quia multos imo ominibus
terra inuentium promiſſa et tamē pauci intrant pauci effugiunt interitū
huius ſeculi quia nolunt ſibi prouidere Tertio conſideremus exempla
materialia. Nam legitur ꝙ Sanctus Bernhardus . xv. dies poſt mortē
ſuam apparuit cuidam Monacho cui inter alia interroganti dicit ſi diffi/
cile eſſet ſaluari vt ſcriptura teſtatur. rn̄dit ꝙ verꝫ ē et itulit di. ꝙ ea die
qua ex hac vita migrauit. quadraginta et tria millia hominum receſſerūt
et ſolummodo ego cum quodam Heremita vitam celeſtem intraui. et q/
dam bonus ſecularis penas purgatorij ſaluandus intrauit. Refert etiam
quidam hiſtoricus ꝙ quidam Monachus lugdunenſis qui fuerat in he/
remo per annos tres in magna penitentia poſt ſuam mortē. apparuit epiſ
copo ciuitatis lugdunij. di. Haha o iuſtitia dei q̄ꝫ terribilis es q̄ꝫ ſubtil'
quam acuta quam aſpera et mirans epiſcopum iſtum adiurauit vt dicerꝫ
quis eſſet cui ille reſpondit. O Johannes age penitentiam grandis enim
tibi reſtat via. eo die quo ego diſceſſi ex hac vita tranſierunt etiam octo
millia anime quarum omnes dampnate fuerunt exceptis quinque duo
eternam gloriam et tres purgatorium intrauerunt et his dictis diſparuit
habetur et in cronicis ordinis noſtri ꝙ dum quidam frater noſter de/
uotus et ſanctus predicaret partibus Alemanie populo ipſum audien/
te et vidente miraculoſe quedam mulier peccatrix compuncta tunc di
uina gratia mortua eſt et dolore occubuit et cum finem predica/
tor ſermoni feciſſet induxit populo vt vna ſecum domino funderent
preces vt ſi bonum foret quid actum ſit in muliere appareret. O mi/
rabile dictu illa que mortua fuerat ſana reſurrexit. Rogat frater vt
ſi quid vidiſſet aperiret. Heu ſciant homines ꝙ mortui mille homi/
num qui omnes dampnati ſunt exceptis quatuor ad purgatorium de
ſcenderunt. O obcecati peccatores. Agite penitentiam quia iuſtitia
dei eſt ſtrictior quam creditur et quid mirum quam creditur et quid
mirum ſi tot damnantur cum totus mundus ſit laqueis plenius. Non
ne Sanctus Antonius abbas raptus in ſpiritu vidit totum mundū
ſpinis et lanceis plenum et flens exclamauit dicens. Domine
quis euadet hos laqueos et dominus reſpondit ſola humilitas

Ecce ꝙ nemo poteſt ſaluari niſi fuerit humilis ⁊ tamen paucos videmꝰ
qui illam virtutem ſequnt̃. hoc confirmat dñs Math. xviij. Niſi conuer/
ſi fueritis et efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnum celoꝝ er/
go ꝛc. Secunda cõfirmatio dicit̃ teſtificatio. Nam hoc teſtantur omnes
ſcripture et doctores et etiã pagani. Virgiliꝰ enĩ ait primo eneidos. Pau
ci quos equus amauit Juppiter. Et valerius maximus. Multi enĩ labo
ribus ſuſceptis vix eoꝝ compotes fieri contingit. Et Augꝰ. ij. de ci. dei.
Plures homines currunt in penis ꝙ̃ in gloriam. Idem. xxi. c. xij. ait. Si
omnes a tenebris transferant̃ ad lucem in nullo apparet veritas vltionis
in quibꝫ ꝓpterea multo plures ꝙ̃ millia ſunt vt ſic oſtendat̃ quid homi/
nibus redderet̃ iuſtitia iudicantis. Nemo recte reprehenderꝫ.. Item li/
bro de vero culto anteꝙ̃ adueniret in mundũ de mũdo tranſiuit pluſꝙ̃
quinꝫ millia anni quibꝫ omnes dãnabant̃ demptis paucis de populo Iſ/
rael. Et Idem eodẽ libro. Arbitror enĩ tres mundi partes fore dãnan/
das eo ꝙ in ipſis regnant infideles. de quarta autẽ pte quid dicam niſi ꝙ
Johannes ait totus mundus in maligno poſitus eſt. et Greg. ſup omel.
Math. dicit ad fidem plures veniũt ſed ad celeſte regnum pauci condu/
cunt̃. Plerinꝫ enim domini vocibꝫ ſequnt̃ ſed moribꝫ fugiunt. Venia/
mus ad campũ diuinaꝝ ſcripturaꝝ quid dicis tu o. Iſa. c. viij. multiplica/
ſti gentem ſed non magnificaſti leticiam. Pe. prima. iiij. c. ait ſi iuſtus vix
ſaluabit̃ impius autem peccator vbi apparebit. O miſer pccator mala no/
uella ſed forte dicis non credo predictis teſtibus quia fortaſſis vt homi/
nes ſunt locuti ſaltem xp̃o crede quid dicis domine Jeſu audi Math. vij
Intrate inquit per anguſtam portam quia lata porta et ſpecioſa eſt via q̃
ducit ad perditionem et multi ſunt qui intrant ꝑ eã. O peccator paupercule
ꝙ̃ male nouelle tu velles ꝙ dicerem ꝙ omnes ſaluẽt̃. ego nõ poſſũ quia
veritas mihi cõtradicit. Certe ſi illa nõ eſſent vera et vtilia xp̃s ea non p̃
dicaſſet. nã vt etiam ſalutis viam arduam oſtenderet dicit in eodẽ. c. x. nõ
omnis qui dicit domine dñe intrabit i regnũ celoꝝ ſed qui fecerit volun
tatem patris mei qui in celis eſt ipſe intrabit in regnũ celoꝝ. Multi mi/
hi dicent in illa die dñe nonne in noĩe tuo ꝓphetauimꝰ nonne in nomĩe
tuo demonia eicimꝰ multaſꝫ virtutes fecimꝰ. et tunc confitebor illis ꝙ
nũꝙ̃ noui eos. Diſcedite omnes qui opamini iniquitatẽ et the. di. mul/
ti ſunt vocati ꝛc. Tertia cõfirmacõ dicit̃ malignatio. tanta eſt hominum
malignitas ꝙ non mirari debemꝰ ſi pauci ſaluent̃. licet enim vt phs ait
de futuris cõtingentibꝫ nõ eſt determinata veritas tñ ſepiſſime ex quali/
tatibus reꝝ quedam futuraꝝ iuditia cuncta ꝑcipimꝰ ſicut dicimꝰ de ſero
rubet celum mane iudicat eſſe ſerenũ. et hoc plurimum veꝝ eſt. Cognoſ
cimꝰ etiã ex nubiũ denſitate ventoꝝ fulguꝝ et tonitruoꝝ ex multitudĩe
qḋ magnam teſtant̃ futuram tempeſtatem. Vnde et ipẽ ſaluator cum

de tribulacione que in orbe ventura erat loqueretur diſcipulis intulit di
cens. Ab arbore autem fici diſcite parabolam hec autem dico ꝙ ex prece/
dentibus ſignis multociens exitum cognoſcimus futuroꝝ. Cum enim to
tum pene malum cernamus de tali vulnere paccati ſauciatum et plurima
mortis ſigna ꝙ̃ vite cernamus quid aliud de ipſo iudicare poſſumus ꝙ̃
malum nonne attento ſermone prouerbium dicimus ꝙ impoſſibile eſt
male viuere et bene mori et econuerſo. Nonne verū eſt qḋ Gen̄. deſcrip
tum eſt. Senſus et cogitaciones hominis proni ſunt ad malum. Et.xij.
q.i.c.omnnis etas dicitur. Omnis etas ab adoleſcentia ſua prona eſt in
malum.ergo homines qui proni ſunt et ꝓmpti pereunt. Hinc Jo.i.c.ij.
Totus mundus ⁊c. Cum ergo plura mala ſigna damnacionis in mundo
cognoſcimus vt diri quam ſalutis quid poſſumus dicere niſi ꝙ multi ſūt
vocati pauci vero electi. O dn̄e de⁹ quo vadūt Judei omnes et īfideles
ad īfernū. ſi quis alit̄ crederet eſſet heretic⁹ Quo tēdūt pueri q̄ ſn̄ bap/
tiſmo decedūt ad lymbū. Quo etiā vadūt tot heretici q̄ ſūt ī mūdo Ori
entales. Europie.libie.pene oēs greci Boſenēſes ⁊ multi alij varijs here
ſibus īplicati. Et pene n̄ īueies caſtellū ciuitas nulla ē q̄ n̄ hēat aliquos
hereticos occultos et publicos Jtā alij n̄ credūt aīaꝫ eſſe īmortalē. Alij di
cūt n̄ eſſe aliā vitā nec infernū nec paradiſū. Alij aſſerūt luxuriam non eſ/
ſe peccatum. Alij putant ſtellarum fatum ſuper liberum arbitrium ha/
bere ptātem. Alij credūt mulieres ī gattas ⁊ hoīes ī lupos poſſe muta
ri. Alij tenēt ꝙ ſpūs hūani īgrediūt̄ corꝑa aliena. Alij credūt ꝙ facere
incātationes nō ſit peccatū ⁊ multi alij errores īueniūt̄ a quib⁊ nolūt ho
mines cōuerti Oēs huiuſmōi ī errore ſuo obſtiati ꝑſiſtētes ſūt excōicati
ab eccia vt ptꝫ Similit̄ q̄ nō credūt ſacrā eccie.cōſidera quot ſunt viri et
mulieres ī his erroribꝫ īplicati multi publici ſ₃ plures occulti iſti ergo va
dūt ad īfernū. Hic mō de ignorātibꝫ doctrinā ꝑlatoꝝ ꝯfeſſoꝝ ⁊ ſubdito/
rū quāta ē multitudo quoꝝ q̇libet tenet̄ ſcire q̄ ad eoꝝ ſpectāt ſalutē et
officiū vt de alijs taceā ſūt tot q̄ ignorāt peit⁹ articulos fidei .x. ꝑcepta et
pleriq꞉ orōꝫ dn̄icā et qḋ ꝺteri⁹ ꝯfeſſoēs eoꝝ et ꝑlati et ipi pleni ignorātia
moriūt̄ .quo ergo iſti vadūt ad īfernū. Quō ſcis frat̄ Roberte ꝙ omēs
doct.et canōici et oēs theolo.dicūt et ꝑcipue Tho.i.ij.ꝑte.q.lxxvi. Igno
rātia viri n̄ excuſat̄ ī his q̄ ſūt doli capaces.ptꝫ etiā ex̄ ꝺ vita ⁊ hōeſta.cle.
c.vt q̇ſq꞉.⁊ ꝺ regul̄ iur li.vi.⁊.xxxvij.di.x.ꝓhibēt̄ ī glo.ibi.⁊ de ꝯſe.di.iiij
c.vos autem omnia. Item quo tendunt multi qui moriuntur deſperati
multi morte ſubitanea qui non habent ſpatium penitendi heu quia por/
tantur ad infernum. Quo inſuper tendunt predones extortores fures lu
ſores dānificatores vſurarij temporis venditores et huiuſmodi ⁊ q̄ talibꝫ
ꝑbuerunt auxiliū fauorem cōſiliū qui oēs tenent̄ ad reſtitucōꝫ ad īfernū
habes ex̄ de furtis.c.porro ⁊ ī glo.ibi ſuꝑ ꝟbo ſatiſfacere.⁊ ꝺ vſur.c.cū tu

Item li.vi.de regul' iuris. ꝯtē.xiiij.q.vi.c.ſi res ⁊.xxiiij.q.ij.c. legatꝰ.⁊ de
pe.di.vi.c.nemini.quo ergo miſeri vadunt ad infernum. Quo vadūt ma
li religioſi qui non ſeruant regulam ſuā ad infernum . Quot peccatores
moriuntᷣ extra caritatem ꝓpter odium cum proximo ſuo aut ꝓpter amo/
rem peccandi vel errorē ſatiſfaciendi aut etiā aliam ſimili de cauſa ſed tñ
penitentᷣ ꝓpter timorē gehenne heu quia rapiuntᷣ ad tartaꝝ.ꝙ ſcriptum
ē de peni.di.iij.c.cōuerſiones et ſunt verba Aug.d . Scriptū ē couerſiōꝫ
ſine caritate falſam eſſe. Non itaqꝫ in ſolo timore viuit homo nec ſolum
oportet timere iudicem ſed diligere.nōn ſolum timere penam ſed deſide
rare pro gloria. O igitur captiui diaboli reuertimini ad miſericordiā dñ̄
tempus eſt. O miſeri xp̄iani renegati reuocate vitam veſtram ad domi/
num noſtrum et euitate cōſortia damnatoꝝ. Redite ergo quia nemo dā/
natur niſi per ꝓpriam culpam et deus nō eſt inculpandus ſed potius no
ſtra malignitas. Nam deus non vult quēpiam vilem et magnum peccato
rem perire. Sed ſtat extenſis in cruce brachijs compatiens peccatis et dā
nationi noſtre vt omnibꝫ largiatur future ſue infinite miſericordie vitā
eternam ad quā ipſe nos cōducat q̇ i ſecula ſeculoꝝ viuit et regnat. Am.

## Sermo de Cathenis .

Vidi angelum deſcendētē de celo habētem clauem abyſſi ⁊ cathe/
nam magnā in manu ſua. Apoc.x. Infirmitates curande dilectiſ
ſimi in xp̄o Jeſu non aliter curantur niſi per medicinas eis con/
trarias vtputa infirmitates calide per medicinas frigidas et econuerſo
Et hoc confirmat Ariſ.ij. Ethicoꝝ dicens. Medicine habent fieri ꝑ cō/
traria . Ec.viij. Contraria contrarijs curantᷣ. Quare antiquus ille ſerpēs
generis humani inimicꝰ videns hominem illuc poſſe cōſcendere per hu/
militatem vnde ip̄e ꝑ ſupbiā corruerat confirmitas in dei odio et noſtri
inuidia ſemper querit nos p̄cipitare et ad baratrum vbi ipſe eſt deduce/
re per frequentationem peccatoꝝ mortalium. Sed quia ſcit nos per pe/
nitentiam in hac vita poſſe reſurgere. Conatur multis modis in ip̄is nos
ligare ne reſurgamꝰ vt in his moriendo eternalit̄ pereamꝰ . Propt̄ hoc
dicit thema noſtrū videlicet. Vidi angelum.i. diabolum deſcentē de ce/
lo i .ꝑ ſuperbiam cadentē hn̄tē clauē abyſſi et cathenā magnam in manū
ſua.i.ligamenta ad ligandum animas ne vere peniteant et ne eternaliter
pereant que volentes diſſoluere et animabꝫ noſtris exſtirpare vt poſſuꝰ
penitere neceſſe eſt malleos fortes habere qui ipſas cathenas diſrumpant
ligamenta diſſoluant. Sed quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcūt
Videamus primo cathenam et ligamenta que ſigillatim per medicamē
ta contraria diſſoluemus. Ex ſcriptura enim ſacra vt percipere potui

Cathena iſta magna habet nouem nodos quos neceſſe eſt ſoluere et tota
liter deſtruere vt a peccatis ſoluamus videlicet.

Prima dr Infidelitas.
Scđa deſperabilitas.
Tertia dr horribilitas
Quarta dr difficultas.
Quīta dr exēplaritas
Sexta dr delctābilitas
Septīa dr timiditas.
Octa. dr p̄ſūptuoſitas
Nona dr lōganimitas

PRima ergo cathena magna et terribilis eſt infidelitas . ¶Mirari
enim ſoleo tantam diuerſitatem hominum tam diuerſe operan/
tium. quidam bene quidam melius quidam vero optime. Qui/
dam male aliqui peius nonnulli peſſime . Sed finaliter Inuenio ꝙ iſta
diuerſitas non cauſatur niſi ex defectu fidei aut a diuerſitate. Et quam/
uis dicant omnes ſe credere non tamen omnes illa que credunt conſide/
rant et inueſtigant. ꝙ autem ſit verum probatur per rationem per aucto
ritatem et ꝑ exemplū . Ratione ſic fundatur ſententia Ariſ.in primo
de ſenſu et ſenſato. Nihil eſt ī intellectu qui prius fuerit in ſenſu.qđ per
intellectum non cognoſcitur nec etiam per voluntatem amatur . Sicut
ipſe agit in tertio de anima. voluntas non fertur niſi in precognitum.
Et Aug9.x.de trinitate.c.i. Firmiſſime nouim9 non niſi nota amare poſ
ſe.qđ ſi non amatur nec etiam propter illud aliquid boni opatur. Si er/
go volumus bene agere et in virtutibus inſudare neceſſe eſt bonum et p̄
mium propter quod operamur cognoſcere quia finis mouet operantem
ad agendum.ij.phiſicoꝝ. Sed ip̄m bonū ſupnum et felicitatem eternam
non poſſum9 naturaliter cognoſcere ergo neceſſe eſt vt ſup naturalit̄ cog
noſcamus et hoc eſt ꝑ fidem.quanta ergo erit fides tanta erit cognitio .
Quanta erit cognicō tanta erit affectio. Et quāta erit affectio tanta erit
virtutis operatio ergo de primo ad vltimū quāta erit fides tāta erit opa
tio Rurſus ꝑ eandem rationem penam eternam malum eſſe acerbiſſimū
naturaliter cognoſcere non poſſumus ergo ſupernaturaliter per fidem.
Si ergo volumus peccata deuitare neceſſe eſt penam ad quam peccata in
ducunt nos cognoſcere. Et tanta erit peccati deuitatio quanta erit pene
cognitio. Si ergo non eſt niſi per fidem quanta erit fides tanta erit pec/
catoꝝ deuitatio et odiū.ꝑ hāc ergo rōnem patet opa bona et mala ꝓcedē
a ꝑfectu et defectu fidei. Scđo ꝓbat̄ ꝑ auctoritaté Aug9.d. Fides mē/
ſurat actiones . Et iuxta illud Lactātij.ij.diuinaꝝ inſtitucōnū aduerſus
gentes circa principiū. Nam dū exiſtimāt dn̄o nōnulli deo nos eſſe cure ꝯ
poſt morté nihil eſſe futuros totos ſe libidinibꝫ adiciūt. Et dū licere ſibi
putāt hauriendis voluptatibꝫ ſcient̄ icubūt ꝑ quas ipͤudētes laq̄os mor/
tis incurrūt. Ignorāt eni q̄ ſit homis rō quā ſi tenere vellēt in p̄mis deū
ſuū agnoſcerēt virtutem iuſtitiamqꝫ ſequerēt̄ terrenis figmētis aīas ſuas
non ſubſternerēt mortiferas libidinū ſuauitates non appeterent. hec ille
Probat̄ etiā auctoritate ſacre ſcripture. Et prio ¶Moy ſi dcētis.ij.numeri

Quia non credidiſti mihi vt ſanctificaretis me coram filijs Jſrabel non
introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Jtem et palipome/
non .xvi. Prebet fortitudiñe his qui recto ſunt corde et corde ꝑfecto cre
dunt in eum. et idem eſt Thobie.ij. Et vitã illam expectamꝰ quã dñs
daturꝰ eſt his qui ꝑ fidem ſuam nunꝙ mutãt ab eo. Et yſaie.vi. Si nõ
credideris non ꝑmanebis quia in peccatũ rues. Jdeo dr̃ Abacuch.ij. Ju/
ſtus in fide ſua viuit et bene operat᷑. Poſtea dr̃ Math.ix. et Luce.vi.
Confide filia fides tua te ſaluã fecit. Et Math.ix. Secundũ fidẽ noſtrã
fiat nobis. Et.xv. O mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut vis. Et
Mar.ix. Omnia ſunt poſſibilia credenti etiã maxima et ardua. Et Jo.
iij. Qui credit in eum non iudicabit᷑. Qui non credit iam iudicatus eſt
Et iteꝝ. Qui credit in filium dei haber vitam eternam. Qui autem in/
credulus eſt filio non videbit vitam eternã ſed ira dei manebit ſuꝑ eum
Jtem paulus. Magnificat fidem noſtram dñs gratias agõ deo quia fides
noſtra annũciat᷑ vniuerſo mundo. Ad Ro. primo. Jtem ad Corin.x.c.
Corde enim credit᷑ ad iuſticiam ore autem fit cõfeſſio ad ſalutem. Dicit
enim ſcriptura. Qui credit in illum non confũdet᷑. Et.ij. ad corin.xiii.
ait. Si eſtis in fide xp̃i vos probate ꝑ opa. Et ad Galitaſ.ij. Nullus iu/
ſtificatur ex operibus legis niſi per fidem. Et ad Ephe.ij. Gratia ſalua/
ti eſtis per fidem. Et.vi. Jn omnibus ſcutum fidei vt poſſitis omnia te/
la inimici extinguere. Jtem ad Hebre.xi. Lapidati ſunt ſecti ſunt temp
tati ſunt in occiſione gladij mortui ſunt. Circuerunt in melotis et in pel/
libus caprinis egentes anguſtiati afflicti quibꝰ dignus non erat mundus
et hec omnia ꝑ fidem. Jtem Jacobi.ij. Quid ꝓderit fratres ſi fidẽ quis
dicat ſe habere opera autẽ fidei non habeat nũquid fides poterit ſaluare
eum Jtem.i. Jo.v.c. Hec eſt victoria que vicit mundũ fides noſtra. Pa
tet ergo predicta per auctoritates. Tertio probatur per exemplum. ꝙ
quidam tranſiens per viam et occurrat ei vnus amicꝰ eius dicens. Ne
tranſeas vlteriꝰ quoniã inimici tui prope parati ſunt cum gladijs interfi
cere te. Jlle autẽ ſin credet aufugiet ſi autem tranſiens interficiet᷑. Sic
enim nobis euenit ꝑ viam peccatoꝝ trãſeuntibꝰ venerunt ꝓphete marti/
res et apoſtoli demũ ipſe xp̃s nobis amiciſſimus et clamauerunt omnibꝰ
peccatoribꝰ dicentes. Ne tranſeatis o ſuꝑbi ꝑ viam ſuꝑbie. O auari ꝑ vi
am auaritie. quia inimicꝰ veſter diabolus interfitiet vos ideſt ducet vos
ad infernum in illas tenebras exteriores. Quare ergo nõ fugimus? Qua
re iſtam viam non deuitamus? Non ob aliud quia nõ credimꝰ. Rurſus
ſi ponat᷑ ꝙ vnus cupidus et auarus querẽs ditari nuntios habeat dicen/
tes ſibi perge ad illam ciuitatem et multas pecunias lucraberis. Nũquid
ſi credet ibit vno curſu velociſſimo et non tardabit. Sic a nobis natura/
liter deſiderantibꝰ et non tardantibꝰ quibꝰ dictum eſt ſolum felicitatem

in alia vita et ibi ſūmum bonum adeſſe. Non ob aliam cauſam euenit vt
illud ſūmū bonū totū contēpnat᷑ niſi quia annūtiātibus non credimꝰ Et
ſic patet predicta cōcluſio per Rationē per Auctoritatem et Exemplum
Si autē queritur a me propter quid fidei noſtre tantis ſignis appro/
bate non credit hominū multitudo maxima. Dicendū ꝙ propter cupidi/
tatem et inordinatam terrenaꝝ affectionē. huius rei ſola cauſā eſſe probā/
do ſentenciam meā per auctoritatem Lactantij in li. vij. diuinarum inſti/
tutionum aduerſus gentes. Interim neceſſariū puto admonere lectuꝛos
ꝙ hec noſtra que tradimus praue et vitioſeqꝫ mentes aut omnino non i/
telligentes ebetatur eni acies terrenis cupiditatibꝫ que ſenſus ōnes gra/
uant imbecilleſqꝫ reddunt. Aut etiam ſi intelligeret diſſimulabūt tamen
ꝙ hec vera eſſe nolent quia trahunt᷑ a vitijs et ſcientes ſuis malis fauent
quoꝝ ſuauitate capiunt᷑ ⁊ veritatis viam deſerunt cuius acerbitate offen
dunt᷑. Nam quia auaritia inexplebili quadam ſiti fragrant quia non poſ
ſunt venditis autē dilargitiſqꝫ amant tenui cultu vitam degere ſine du/
bio malunt id eſſe fictum quo deſiderijs ſuis renunciare cogunt᷑. Item
qui libidinum ſtimulis incitati vt ait poeta in furias ignemqꝫ ruunt vti/
ꝙ incredibilia nos auferre debent. quia vulnerat aures eorum precepta
continentie que illos a voluptatibus ſuis prohibent quibus animam ſu/
am cum corpore adiudicauerunt. Qui vero ambitione inflati aut amore
potentie inflammati os ſuum ad acquirendos honores contulerunt. Nec
ſi ſolem ipſum in manibus geſtemus fidem accomodabunt ei doctrine q̄
illos iubet omnipotentia et honore contempto humiles viuere atqꝫ ita
humiles vt accipere iniuriam poſſent et referre nolunt ſi acceperint. Hi
ſunt homines qui contra veritatem clauſis oculis quoquo modo latrant
Qui autem ſanierunt ideſt non ita vitijs immerſi vt in ſanabiles ſint et
credent his que libenter recolent et quecunqꝫ dicimus aperta plana et ſi
plicia et maxima opus eſt. vera inexpugnabilia illis videbuntur. Nemo
virtuti fauet niſi qui ſequi poteſt. Sequi autem non facile eſt omnibus
hi poſſunt quos paupertas et rerum exigentia exercuit et virtutis capa/
ces effic. hec ille et ſic hēmꝰ primā cathenā. Cōtra iſtā cathenā ad ipaꝫ tō/
lit᷑ diſſoluēdā duplici malleo laborabimꝰ. ſ. rōis ⁊ exēplaritatis. Prio mal
leo rationis. ꝓſupponat᷑ ergo res oēs creatas habuiſſe pricipiū ⁊ mūdū eſ
ſe factū vt dicit phus. ij. metroꝝ ⁊ i prio de celo ⁊ mūdo ſed ñ ab alio ni
ſi ab ipō deo. Et ꝑ hanc cognitionē venimꝰ i cognicōꝫ veri dei. Sicut ꝓ
bat Ariſtotiles. viij. phiſicoꝝ. Prio via cauſe efficientis quare ē deueire
ad vnā cauſam que ē cauſa vltia omniū et nō habeat cauſā ſup̄ ſe qꝛ alit᷑
eſſet proceſſus in infinitū qđ a nullo concedit᷑. Secūdo via motus. quia
nihil mouet᷑ a ſeipſo et intellige hic moueri educi de potētia ad actū eſt
ergo deueire ad vnū imobile qđ fatiat oīa moueri. Et iſte ē deꝰ đ q̄ dic.

Boecius. O qui ꝑpetua mundum ratione gubernas. Terraꝝ celiqꝫ ſa
tor qui tempus ab euo. Ire iubes ſtabiliſqꝫ manens dans cuncta moueri
hoc ꝓpter p̄ſumptionem. Nota ꝙ iſte deus eſt ſumma ſapientia et intel/
ligentia et ideo omnia fecit ꝓpter aliquē finē. Quare omnis agens ſ̄m ra
cionem agit ꝓpter finem. vt dicit ph̄us ſecundo phiſicoꝝ et ſecūdo de ani
ma. Si ergo queramus quare fecit elemēta et fruct⁹ terre et omnia alia
animalia non ob aliud niſi vt oſtenderet ſuā potentiā et ad hominis vti/
litatem qui eis vtitur patet. Propter qđ dicit Ariſtotiles in ſecūdo phi
ſicoꝝ. ⁊ in ſecundo de aīa. Finis quodāmodo eſt homo et ex hoc ſequitur
hominem eſſe nobiliorē omniū reꝝ naturaliū ꝓpter ipſū actorē. Rurſus
ſi querat̄ quare fecit hominē et velimus dicere ꝙ ad hoc ſolū vt in hac
vita cōmedat et bibat et viuat finalit̄ moriat̄ vt videm⁹ per experientiā
et vlterius nō fit de ipſo memoria. Sequeret̄ hoc falſiſſimū incōueniēs
terra etiam arbores et etiā elemēta et beſtias nobiliores eſſe ipſo homine
et quia hoc eſt incōueniēs et nullaten⁹ veꝝ et contra omnem philoſophiā
naturalē que vult finem nobiliorem eſſe his que ſunt ad finem ordinata
vt ait Ariſtotiles ſecūdo phiſicoꝝ. Ideo oportet concludere finem nr̄m
eſſe alibi et in vita futura et hominem futuꝝ eſſe immortalē et ꝑpetuū
ꝙ fruſtra aliter eſſet conditus a deo et ſic de ceteris creaturis maior cura
fuiſſet q̄ de nobis rationabilibus quod falſum eſt Et hec omnia trahun
tur ab illo pulcherrimo textu. Lactancij in ſeptimo libro diuinaꝝ inſti/
tucionum. qui ait. Quis enim tam ineptus tam ocioſus vt aggrediat̄ ali/
quid facere fruſtra exquo nullam cōmoditatem nullūqꝫ commodū ſperꝫ
qui domū edificat non ideo edificat vt tantū domus ſit ſed vt in ea poſ/
